



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1862**

LV. Dietrich und Heinrich Gebrüder von Dannenberg verkaufen dem  
Kloster Diesdorf alle ihre Besitzungen zu Winkelstedt, am 5. Oktober 1320.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

LIV. Das Kloster Diesdorf verkauft eine Mark aus dem Dorfe Winkelstedt zu dem Richte  
der Kranken des Conventes, am 29. September 1320.

Omnibus presens scriptum cernentibus volumus esse notum, Quod nos Borchardus prepositus in Dyrtorp, Mechtlydis priorissa Totu(s)que Conuentus sanctimonialium ibidem vendidimus libero arbitrio et vnanimi consensu vnam marciam denariorum in villa winkelstede ad luminare infirmarum pro decem marcis denariorum. Quam summam absque vlla reclamatione singulis annis procuratrix infirmarum recipiet in festo (Mar)tini Episcopi, quousque cenobium nostrum durauerit domino protegente. Ne igitur super hoc facto aliqua calumpnia siue dubitatio tam modernorum quam futurorum oriatur, hanc paginam fecimus conscribi et sigillorum nostrorum appensione roborari. Testes huius facti sunt dominus Hermannus vicarius in knefbecke, dominus Hinricus plebanus in Abbendorp, veseke famulus noster et alii quam plures fide digni. Datum Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XX<sup>o</sup>., In die sancti Mychaelis Archangeli.

LV. Dietrich und Heinrich Gebrüder von Dannenberg verkaufen dem Kloster Diesdorf alle  
ihre Besitzungen zu Winkelstedt, am 5. October 1320.

Quoniam propter varias mutationes temporum et instabilitates presentis seculi ea, que in tempore ordinantur et geruntur, non sufficiunt litterarum karactere et sufficienti testimonio ad plenum lucidius roborari, Nos ergo Thidericus et Hinricus, fratres, dicti de Dannenberghe, in hiis Scriptis recognoscimus, nos de maturo nostro consilio et libero arbitrio Omnia, que de bonis in villa winkelstede habuimus cum ipsorum prouentibus et omnibus attinenciis siue adiacentibus scilicet aquis, pratis, paschuis, agris, campis et nemoribus, cum aduocacia et cum omni iure, quemadmodum hactenus possidebamus, Discreto viro Domino Borchardo preposito sanctimonialium in distorpe ad manus . . . vsus eiusdem claustris et conuentus pro Centum marcis et Septuaginta sex marcis leuium denariorum iusto venditionis titulo rationabiliter vendidimus, absque omni inpetitione minus sana quiete et perpetue possidenda. In horum omnium euidentis testimonium, nos vna cum nostris amicis subscriptis videlicet Georgio de Hidzaker, awnculo nostro, et bernardo de sculenborch militibus, Geuehardo et frederico nostris fratribus de Dannenberghe dictis, Georgio de hidzaker, awnculo nostro, famulis, et Thiderico gotfcalci Cive in Saltwedel in solidum data fide promissimus dicto domino borchardo preposito, quod hec memorata bona domino preposito et conuentui per annum et diem absque omni inpetitione et impedimento warandare et inuiolabiliter conseruare debeamus. Ne autem super eo nostra vendicio in posterum alicuius malignantis rancore infringi poterit uel violari, presentem paginam super ea conscriptam per appensionem nostrorum sigillorum ac nostrorum compromissorum predictorum duximus validius roborandam. Datum Anno domini Millefimo Trecentesimo vicesimo, Dominica die post Diem Beati Michahelis archangeli.